landus[a], rex Terragonensis[b]; XV. Sathenus, Barchinonensis rex; XVI. [11r] Mahometus, Girondensis rex.[98] Et habent inter istos[c] milites loricatos CLX[d] milia et pedites armatos CC[e] milia. Et dicunt, quod vi recuperabunt[f] Carcassonam et Tholosam, Albium, Caturcum[g] et quicquid eis abstulistis, et vos et vestram gentem devincent; et ego dimisi eos in vado Capre Pinte[h] [99] (650) et non timent aliud, nisi ut vos[i] fugiatis». Et ait Karolus: «Inanis est eorum timor, nam si decem tanti essent, hic me modis omnibus[j] invenirent, quoniam hedifico[k] hic domum beate Virgini Marie[l], que mater est omnipotentis[m] Dei, et ex quo mater est ipsius, eius patrocinium prevalet eorum fragili congeriei infidelitatis et stulticie[n] plene[o]. Et certe id, quod de nobis credunt facere, nos de ipsis eius suffulti patrocinio faciemus[p]. Sed utinam Rotolandus esset hic[q] nobiscum».

Hoc dicto ait alta voce omnibus, qui auditis rumoribus erant circa eum congregati: «Viri nobiles, isti reges, quos audivistis[r], veniunt contra nos et sunt hic prope et[s], licet sint[t] multi, eorum potencia erit parva[u]; nam Deus, qui est vera potencia, est nobiscum[100] et eos odit, et nos sumus hic ad honorem beate Virginis[v] congregati et sumus certi, quod eius tuemur patrocinio; quare[w] nullus vestrum dubitet neque paveat, set ylares et[x] cum gaudio stetis, quoniam eos viriliter devincemus[y]. Et pauperior vestri[z] dives efficietur[aa] hodie et si aliqui[bb] moriuntur[cc] – sed utinam nullus moreretur[dd] – eius anima cum angelis gloriabitur in eternum. Et[ee] preparet igitur quilibet arma sua et satellites armati ascendant montes et, si eos viderint, nuncient[ff] nobis[101]». Tunc totus exercitus clamavit dicens: «Domine[gg], sit ita; nam quilibet nostrum est leone animosior[hh] et eos nequaquam dubitamus[102]». Tunc ait[ii] Rogerius, episcopus Carcassone[jj]: «Domine, consulitis, ut[kk] milites ad custodiendum[ll] Carcassonam vadant[mm]?» «Placet mihi», Karolus dixit, [11v] et[nn] ita factum fuit. Postea misit Karolus ad

a. achilandus QR b. terregonensis L, *in mg.* V²; xiii *cum* xiv *commutat* Q c. inter istos: inter se C, isti omnes QR d. CLXX QR (= FBP) e. ducenta Q, ducentos R, CCC V f. narbonam *add. & exp.* V g. carcutum C, carturcium QR h. Capre Pinte: capra pincte C i. ut vos: euos C j. modis omnibus: in omnibus modis QR k. edificato C l. marie virgini C, marie virginis Q, virginis marie R m. omnipotenti S n. stulticia QR o. plena LCSV p. facimus C q. modo *add.* QR r. audivitis R *s. om.* C t. sunt L¹ u. prava C v. marie *add.* C w. et *add.* C x. *in mg.* V² y. devinceremus C z. vestris L¹CRS, vestrum Q aa. efficitur bb. nostrorum *add.* QR cc. *om.* QR dd. moriatur Q, morietur R ee. *om.* CQRS ff. convenirent C gg. dominus L¹ hh. animadsiorum C ii. *om.* QR jj. episcopus Carcassone *om.* QR kk. mittam *add.* QR, vadant *huc transp.* S ll. custodiendam CS mm. *om.* CQR, *transp.* S nn. dixit Karolus et: Karolus dixit LC

custodiendum[a] Nausam comitem Flandrensem[b] cum duobus milibus militum et quinque milibus[c] peditum. Et dum venissent illuc, viderunt totum exercitum Sarracenorum venientem et ceperunt de Nausa cum cornibus et tubis bucinare, illi de forcia Rupe Gilerie[d] [103] illud idem[e], de Monte Bressorum[104] idem, de Caslario[105] idem[f] et de omnibus[g] fortiis idem. Hoc audito ait Karolus: «Virgo Dei genitrix[106], sis hodie nobis[h] auxiliatrix». Et precepit[i] et fecit preconizari, ut armarentur et ut archiepiscopi[j], episcopi et alii prelati[k] reliquias et corpora sanctorum extraherent.

Et dum taliter Karolus se cum exercitu preparassent[l], comes Flandrensis descendit montem Nause cum societate sua et invenit ibi regem Biterrensem cum aliis V regibus et fecit insultum versus eos cum suis, Dei adiutorium implorando[m], et in primo ictu occidit fratrem regis Biterrensis[n] et fuit[o] prelium maximum[p]. Nam duo milia peditum et septuaginta milites Sarracenorum fuerunt in primis ictibus occisi[q]. Hoc videns Matrandus, rex Narbone, clamavit voce magna[r]: «Numquid bene sumus viles, ex quo XX garciferi[107] faciunt hic nobis torneamentum[108] omnibus?» Et cum decem milibus Sarracenorum, qui secum erant, inclusit comitem Flandrensem et suos in valle Nause, scilicet in Congusto[s] [109], viriliter expugnando. Et tunc gentes ille infideles fecerunt tantum tumultum cum tubis[t], cornibus et tympanis[u], ac si (700) tonitrua quam plurima audiretis[v]; nec mirum, nam exercitus a loco supradicto usque ad Lucos[w] [110] undique contingebat.

Karolus audiens hoc transivit[x] cum suis usque ad Matharols[y] [111] et[z] in societate sua XXXV[aa] milia milites loricati[bb] et LXXX milia peditum, postea[cc] usque ad †rodetum† [112] supra Sanctum Iulianum; et Thomas [12r] ivit cum eis pedes, defferens lignum Domini in manu sua, et[dd] socii remanserunt apud Crassam deprecantes[ee] Deum pro ipsis.[ff] Sed Karolus ait Thome: «Ascendatis in equo et stetis[gg] inter gildam[113], nam multum timeo de vobis». «Numquam in vita mea ascendam equum», dixit Thomas.[hh] Et Karolus fecit eum[ii] ascendere Nausam[jj] et Thomas, dum fuit

a. custodiendam CS b. flandrensis S c. milia QR d. Rupe Gilerie: ruppe gilerie C, rupe guileira QRSV e. *om.* QR f. de Caslario idem *om.* S g. *om.* C h. nobiscum L[1] i. *om.* QR j. et *add.* CQR k. et *add.* S l. preparasset QR m. adiutorium implorando: adiutorio QR n. biterris LCSV o. ibi *add.* QR p. magnum C q. interfecti CQRS r. dicens *add.* QR s. angusto L[2] t. et *add.* QS u. campanis Q v. audietis R w. duas leucas Q x. exivit QR y. matharelos QR z. erant *add.* QRSV aa. XXXX C bb. milites loricati: militum loricathorum QR cc. post QR dd. sui *add.* QR ee. exorantes QR ff. Lignum crucis Christi delatum in prelio *add. in mg.* Q[2] gg. estetis C hh. Thomas eremita nolit ascendere equum *in mg.* Q[2] ii. *om.* C jj. nause LSV, in monte nause QR

apud Sanctum Michaelem[a], benedixit Karolum et suos et oravit pro ipsis, ut divina potencia mediante triumphi gloriam obtinerent[b] [114].

Hoc facto Karolus cum VII milibus militum et cum archiepiscopo Turpino et Aymone de Bayveria[c], comite Pictaviensi[d], comite Agenensi[e], duce Normandie[f], Girardo Viane, Raynerio Losanie, Aymerico, Milio[g] Apulie, duce Lothoringie[h], duce[i] Bergundie[j] ivit primus et invenit Fureum, regem Lodovensem, et Fureus fregit[k] astam in scutum[l] Karoli. Karolus vero[m] cum ense sua, Ioiosa nomine, percussit Fureum in medio galee vexillo[n] et scindit eum per medium et equum totum[o] ita, quod ensis venit usque ad[p] terram; et quilibet de VII milibus[q] occidit unum de Sarracenis.

Hoc videntes[r] alii XV reges congregaverunt exercitum admirantes de his, que viderant[115], et fecerunt tubas et cornua et tympana[116] pulsari et venerunt usque ad Campum Longum[117]. Et comes Flandrensis[s] exivit de valle, in[t] qua erat inclusus, et cum ylari vultu irruit super eos. Gylda Karoli venit ex alia parte et ibi apud Campum Longum fuit prelium, strages et detruncatio capitum et aliorum membrorum, tumultus et[u] decollatio, mors et effusio sanguinis tanta, ac si terra esset[v] pluvia sanguinis[w] madefacta. Nam torneamentum duravit a tercia usque ad vesperas in illo loco. Et de gente Karoli fuerunt ibi interfecti septem milia, de Sarracenis XLV milia; et tunc remansit[x] [12v] torneamentum usque in crastinum et quelibet pars de se[y] nocte illa, prout melius potuit, procuravit.

Et dum ista tractassent, Germanus, unus de septem heremitis, venit, et archiepiscopus Turpinus[z] videns eum quesivit ab eo, qua de causa venerat. Et ille ait: «Quinque reges[aa] preliati sunt per totam noctem[bb] Caslarium[cc] et amiserunt[dd] ibi[ee] mille homines et illi de Caslario XXX; et putaverunt intrare vallem Crasse et destruere id, quod hedificatum est ibi, et non fuerunt ausi[ff] propter difficultatem introitus». Et Turpinus ait: «Ex qua parte venerunt?» At[gg] ille ait: «Monasterium Palatii[118] destruxerunt et venerunt per ripariam[hh] de Niela et devastaverunt Sanctum Laurencium[119] et per

a. michaele R b. obtineret Q c. baiveriam R d. pictaivensi LV, pictavensi CQ, pictavienensis R e. egevensi LCSV, egenensi QR, Agenensi *coni.* Hei. f. normanie Q g. milis C h. lothoremgine C, lothoreingine R, lochoremgine S i. dux R j. bergunie L¹SV, bergumnie L², bergumdie C, bergonie QR k. fregis C l. scuto QR m. *om.* R n. vexilla LCSV, vixilla QR, vexillo *coni.* Schn. o. eum per medium et equum totum: eum totum et equm per medium QR p. *om.* S q. *om.* QR, militibus S r. videnter R s. flendrensis R t. *om.* QR u. *om.* QR v. esse *R* w. sanguini QR x. *om.* C y. *om.* CQRS, *sup. lin.* V z. *om.* LV aa. *in mg.* V bb. diem CQR cc. caslarum R dd. admiserunt CQR ee. *om.* S ff. *om.* C gg. ac C hh. riberiam QR

ripariam[a] Tornisharni[b] [120] et apud Montem Bressorum transierunt Urbionem et archibalistarii[c] [121] illius loci[d] vulneraverunt eis equos et (750) homines quam plurimos apud Miralhas[e], et apud Rotam Bovinam transierunt[f] usque ad Alsonem[g] [122] et ibi sunt modo».

Et archiepiscopus ait Karolo: «Domine, si vobis placet[h], ego ibo ad eos». «Ex parte Dei eatis», ait Karolus. Et iverunt secum X milia[i] milites et mille archibalistarii[j] et X milia[k] pedites et circa horam vesperarum[l] transierunt †rodetum† et per cumbam de Buisa[m] apud Alsonem[n] [123]. Et Turpinus misit III milia de suis apud Caunetas[o] et apud Rivos[p] [124] duo milia et, dum Sarraceni credebant securiter stare, exclamando Turpinus et alii irruerunt super eos et illi de Caslario similiter venerunt ibi. Et Turpinus in primis[q] ictibus Mahometum[r] interfecit[s], regem Gironde[t], et in illo prelio fuerunt mortui VII milia Sarracenorum et Turpinus amisit CCC, qui fuerunt sepulti apud Caslarium. Postea omnes alii Sarraceni dederunt[u] terga fuge, alii per montes, alii[v] undecumque poterant. Sequela duravit usque[w] Sorzacum[x] [125].

Rogerius, episcopus Carcassone[y], casu[z] veniebat de Carcassona cum CCC militibus[aa] [13r] et septem milia peditum volens succurrere Karolo et obviavit istis fugientibus, qui apud[bb] Minerbam[126] credebant fugere, et fecit prelium cum ipsis et coram archiepiscopo Turpino, qui eos[cc] insequebatur, occidit Gruarebium[dd] [127], regem Agathensem. Et Turpinus videns hoc ait illi ylari vultu: «Domine episcope, modo sumus vos et ego socii; nam quilibet nostrum unum regem interfecit». Interfecto Gruarerio[ee] omnes alii fuerunt devicti et cum XII milia equorum venerunt ad exercitum Karoli. Et imperator[ff] videns eos gavisus est ultra modum. Et Turpinus narravit ei omnia et Karolus gratias agens Deo[gg] dixit ei: «Hora est de cetero, ut comedamus et postea aliquantulum quiescamus; nam mane oportebit[hh] nos ad prelium redire». Et fecit armari XX milia custodes et precepit[ii] eis, ut per totam noctem vigilarent et exercitum custodirent[jj]. Et ita factum fuit; et quilibet stetit, prout melius potuit, illa nocte.

a. riberiam QR b. tornizarni C, tornicharii Q, tornicharni R c. archibalestarii CQR d. *om.* LCSV e. miralas CQRS f. transivere QR g. alzonam C h. placet vos S i. mille Q j. archibalestarii CQR k. mille Q l. vesperum LCQRSV, vesperarum *coni.* Hei. m. brusa C, buixa QR, boysa V; Boysxeda BP n. alsonam C o. caunetis QR p. rivum QR q. imprimis S r. maumetum C, mahumetum S s. *om.* CSV, *in mg.* L^2; occidit ma *{sic}* vinanensis QR t. geronde Q u. derunt S v. *om.* QR w. apud *add.* R x. sorracum LC y. carcassonensis QR z. *om.* QR aa. milibus LV bb. *om.* QR cc. *om.* Q dd. Gruarchium *corr.* Schn. ee. *om.* C, Gruarebio Q ff. Karolus *add.* QR gg. et *add.* R hh. oportebat R ii. precipiens QR jj. vigilarent et exercitum custodirent: vigilent et exercitum custodiant QR